

accederet? haec autem commonuimus propter studiosos quosque & historiarum  
 memores: si quis autem & alius conferre aliquid potest ad presentem festiuitatem.  
 hoc etiam nos ad nostram lucram suscepimus. Anobis autem sufficienter ista qua edictas.  
 quamquam pro rei magnitudinem numquam aliquid sufficienter discipulo.  
 Verum tamen temperemus istam auctoritatem laborem. quoniam nunc inter festiuita-  
 tes etiam corporaliter celebramus. usque quo ueniamus illuc ubi spiritaliter totum  
 constet. ubi etiam rationes horum quae nunc gerimus. agnoscimus purius & ma-  
 nifestius. in ipso uerbo & deo nostro ihu xpo. quae uerba & uia festiuitas.  
 & exultatio sanctorum. cum quo est deo patri gloria & potestas. in spiritu sancto. in secula  
 seculorum amen. GREGORII EPISCOPI. LIBER IIII. EXPLICIT.

INCIPIT LIBER V. IN SEMETIPSO DE AGRO REGRESSUS.  
**D**ESIDERABAM UOS O FILII. QUIA ET PARI MENSURA  
 desiderabar uobis. certus sum enim nec dubito quod in cordibus nostris  
 estis ad conuiuendum & ad commoriendum. per uiam gloriam fratri  
 quam habeo in xpo ihu dno nostro. Hoc enim mihi iuramentum genus dedit  
 spiritus sanctus. quo spiritu uiuimus ad uos. ut preparemus uos dno. populum substantiu.  
 Videte ergo quanta fide presumo mihi affectum uestrum. meumque conci-  
 lio uobis. & nihil mirum si in quibus unus est spiritus. unus est & affectus. &  
 in quibus eadem est fides. acquisitae caritatis. Nisi enim quis & ipse diligit  
 diligere non credit. quia ex his quae ipsi patimur. praeputius de alio credimus  
 & sentimus. testem habentes archanum nostrum alterius archanorum. & intra nos  
 speculum gerimus imaginis alienae. Propter ea nec patiebar abscedere  
 longius a uobis. equidem ualde cupiens urbans istas declinare molestias  
 quae ueniunt ex multitudine populorum. Ex perurbationibus foren-  
 sibus. reuerentibus. uoluptatibus. iniuriis. litibus. querelis. damnis. calumniis. ex his  
 qui lugent & lugent. ex fletibus. & insultantibus. poteribus. sepellientibus.  
 laudantibus. blasphemantibus. ex totius materiae malitia & mundi istius  
 uariis incertisque permutationibus. & non solum his. uerum & iam istas  
 ipsis quae utique honesta & ueneranda sunt. quae erga tribunal hoc uideamus  
 praesidere. & tam mensam cum ministramus geruntur. & in eos quae proximam deo.